



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum virtus moralis possit esse cum tristitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

9. 55. art. 3.

cap. 6 a me-
dio, tom. 5.

lib. 9. de cin-
leis, ca. 5. in
med. tom. 5.

1. q. 9. arti.
2. ad 2. Et 2.
2. q. 58. arti.
9. Et 4. dist.
14. q. 1. ar. 1.
9. ad 3.
* lib. 4. Topi-
cap. 3. par. 2
a principio.
† lib. 7. Phy-
sic. tex. 17.
to m. 2.
* li. 4. in fol.
6. a prin. 16.
lib. 4. in fo. 3.
a prin li. &
in sequen.

* li. 6. eth. c.
5. post me-
diam. to. 5.
In contr.
Castell. in
tiu. Celsi
oratio, cir.
principium.
* li. 14. de ci-
ui. Dei, cap.
6. & 9. to. 5.

cap. 4. to. 5.

ad bonum & ad malum, secundū quod possunt eo-
uenire rationi, vel non conuenire: nihil autem tale
potest esse virtus, cum virtus solum ad bonū se ha-
beat, ut supra dictum est. Tertio, quia dato quod ali-
qua passio se habeat ad bonum solum, vel ad ma-
lum solum secundum aliquem modum: tamē mo-
tus passionis in quantum passio est, principium ha-
bet in ipso appetitu, & terminum in ratione, in
formitatem appetitus tendit. motus autem uir-
tutis est conuerso, principium habens in rōne, &
terminum in appetitu, secundum quod a ratione
uertur. vnde in diffinitione uirtutis moralis dicitur in 2.
Ethi. * quod est habitus electiuus in mediocritate consistēs,
determinata ratione, prout sapiens determinabit.

AD PRIMVM ergo dicendum est, quod uirtus
secundum suam essentiam, non est mediū inter pas-
siones, sed secundum suum effectum, quia scilicet
inter passiones mediū constituit.

AD SECUNDVM dicendum, quod si uirtus dicat
habitus, secundum quem quis male operatur, ma-
nifestum est quod nulla passio est uirtus: si uero dica-
tur uirtus peccatum, quod est actus uirtuosus, sic ni-
hil prohibet passionem esse uirtutem, & contrario
concurrere ad actum uirtutis, secundum quod pas-
sio uel contrariatur rationi, uel sequitur actum rati-
onis.

AD TERTIVM dicendum, quod misericordia dicitur esse
uirtus, id est, uirtutis actus, secundum quod motus ille
animi rōni feruit, quando. scilicet ita prebetur misericor-
dia, ut iustitia conseruetur, siue cum indigētī tribui-
tur, siue cum ignoscitur penitenti, ut Aug. dicit ibi-
dem. * si tamē misericordia dicatur aliquis habitus,
quo homo perficitur ad rationabiliter miserendū,
nihil prohibet misericordiam sic dictam, esse uirtu-
tem. Et eadem est ratio de similibus passionibus.

ARTICVLVS II.

Utrum uirtus moralis possit esse cum passione.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod uir-
tus moralis cū passione esse non possit. Dicitur enim
Philosophus in 4. Top. * quod mitis est qui nō pati-
tur, patiens autē qui patitur, & non deducitur: & ea-
dem ratio est de omnibus uirtutibus moralibus. ergo
omnis uirtus moralis est sine passione.

¶ 2. Præ. Virtus est quādā recta habitudo animæ, si-
cut sanitas corporis, ut dicitur in 7. Phys. tunc de uirtus
quādā sanitas animæ esse uidetur, ut Tullius dicit
in 4. de Tusc. quæst. * Passiones autem animæ dicun-
tur morbi quidā animæ, ut in eodem lib. Tullius di-
cit. † Sanitas autē non compatitur secum morbum.
ergo neque uirtus compatitur animæ passionem.

¶ 3. Præ. Virtus moralis requirit perfectū usum rō-
nis et in particularibus: sed hic et impeditur p pas-
siones. dicitur enim Phil. in 6. Eth. * quod delectatiōes cor-
rumpunt exultationem prudentiæ & Salustius di-
cit in Catilinario, t quod non facile uerum perspicit
animus, ubi illa offiunt, scilicet animi passiones. uir-
tus ergo moralis non potest esse cum passione.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit, in 14. de ciu. Dei. * Si
puerū est uoluntas, pueros habebit hos motus. scilicet pas-
sionū: si autē recta est, non solum inculpabiles, uerū
etiam laudabiles erunt; sed nullum laudabile exclu-
ditur per uirtutem moralem. uirtus ergo moralis
non excludit passiones, sed potest esse cum ipsis.

RESPON. Dicendū, quod circa hoc fuit discordia
inter Stoicos & Peripateticos, sicut Aug. dicit in 9. de
ciu. Dei. * Stoici enim posuerūt, quod passiones animæ

non possunt esse in sapiente, siue uirtuoso: Peripate-
tici uero, quorum sectam Arist. instituit, ut Aug. di-
cit in 9. de ci. Dei, * posuerunt quod passiones similes
cum uirtute morali esse possunt, sed ad medietatem re-
ductæ. Hæc autem diuersitas, sicut Aug. * ibidem di-
cit, magis erat secundum uerba, quam secundum
rerum sententias. Quia enim Stoici non distingue-
bant inter appetitum intellectiū, qui est uolūtas,
& inter appetitum sensitiuum, qui per irascibilem
& concupiscibilem diuiditur, non distinguēbant in
hoc passiones animæ ab aliis affectionibus humanis,
quod passiones animæ sint motus appetitus sensitiui: &
licet uero affectiones, quæ non sunt passiones animæ,
sunt motus appetitus intellectiui, qui dicitur uolūtas,
sed Peripatetici distinxerunt, sed solum quantum
ad hoc, quod passiones esse dicebant quæcumque
affectiones rationi repugnantes, quæ si ex delibera-
tione oriuntur, in sapiente, seu in uirtuoso esse non
possunt, si autem subito oriuntur hoc in uirtuoso
potest accidere, eo quod animi uis, quæ appellatur
phantasia, non est in potestate nostra utrum ali-
quod incidat animo: & cum ueniunt ex terribilibus
rebus, necesse est ut sapiētes animum moueant, ita
ut paulisper uel pauca meru, uel tristitia contraha-
tur tanquam his passionibus præuenientibus ratio-
nis officium, nec tamen approbant ista, eisque con-
sentiunt ut Augustinus narrat in 9. * De ciu. Dei, ab
Aulo Gel. dictum. Si igitur passiones dicantur in-
ordinatæ affectiones, non possunt esse in uirtuoso,
ita quod post deliberationem eis consentiatur, ut
Stoici posuerunt. Si uero passiones dicantur quæcum-
que motus appetitus sensitiui, sic possunt esse in uir-
tuoso, secundum quod sunt a ratione ordinati. un-
de Arist. dicit in 2. * Eth. quod non bene quidam
determinant uirtutes impassibilitates qualdam, &
quietes, quoniam simpliciter dicunt, sed debent
dicere, quod sunt quietes a passionibus, quæ sunt ut
non oportet, & quando non oportet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philo. exem-
plum illud inducit, sicut & multa alia in libris logi-
calibus, non secundum opinionem propriam, sed
secundum opinionem aliorum. Hæc autem fuit opi-
nio Stoicorum, quod uirtutes essent sine passio-
nibus animæ, quam Philosophus excludit in 2. * Eth.
coram dicens, Virtutes non esse impassibilitates.
Potest tamen dici, quod cum dicitur, quod mitis
non patitur, intelligendum est secundum passio-
nem inordinatam.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa, & oēs
similes, quas Tullius ad hoc inducit in li. de Tusc.
lanis quæstionibus, procedit de passionibus secun-
dum quod significant inordinatas affectiones.

AD TERTIVM dicendum, quod passio præueniēs
iudicium rationis, si in animo præualeat ut ei conse-
ntiatur, impedit consilium & iudicium rationis: si ue-
ro sequatur quasi ex ratione imperata, adiuuat ad e-
sequendum imperium rationis.

ARTICVLVS III.

Utrum uirtus moralis possit esse cum tristitia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod uir-
tus cum tristitia esse non possit. Virtutes enim
sunt sapientiæ effectus, secundum illud Sapient. 8. So-
brietatem & iustitiam docet, scilicet diuina sapientia, pra-
dentiam & uirtutem: sed sapientiæ conuictus non
habet amaritudinem, ut postea subditur. ergo nec
uirtutes cum tristitia esse possunt.

¶ 2. Præ.

¶ 2 Præ. Tristitia est impedimentum operationis, ut patet per Philosoph. in 7. & 10. Ethic. sed impedimētum bonæ operationis repugnant uirtuti. ergo tristitia repugnant uirtuti.

¶ 3 Præ. Tristitia est quædam animi ægritudo, ut * Tullius eam uocat in 3. de Tuscul. quæstionibus: sed ægritudo animæ contrariatur uirtuti quæ est bona animæ habitudo. ergo tristitia contrariatur uirtuti, nec potest simul esse cum ea.

SED CONTRA est, quod Christus fuit perfectus uirtute: sed in eo fuit tristitia. Dicit enim, ut habetur Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. ergo tristitia potest esse cum uirtute.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Aug. 14. * de ciuit. Dei, Stoici uoluerunt pro tribus perturbacionibus in animo sapientis esse tres eupathias, i. tres bonas passiones, pro cupiditate scilicet uoluptatem, pro læticia gaudium, pro metu cautionem: pro tristitia uerò negauerunt posse aliquid esse in animo sapientis, duplici ratione. Primo quidem, quia tristitia est de malo, quod iam accidit: nullum autem malum æstimant posse accidere sapienti. Crediderunt enim quod sicut solum hominis bonum est uirtus, bona autem corporalia nulla bona hominis sunt: ita solum inhonestum est hominis malum, quod in uirtuoso esse non potest. sed hoc irrationabiliter dicitur. Cum enim homo sit ex anima & corpore compositus, id quod confert ad uitam corporis conferuandam, aliquod bonum hominis est, non tamen maximum, quia eo potest homo male uti: unde & malum huic homo contrarium in sapiente esse potest, & tristitiam moderatam inducere.

¶ Præ. Est uirtuosus sine graui peccato esse possit, nullus tamen inuenitur qui absque leuibus peccatis uitam ducat, secundum illud 1. Jo. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Tertio, quia uirtuosus etsi peccatum non habeat, forte quandoque habuit, & de hoc laudabiliter dolet, secundum illud 2. ad Corin. 8. Quæ secundum Deum est tristitia, penitentiam in salutem stabilem operatur. Quarto, quia potest etiam dolere laudabiliter de peccato alterius: unde eo modo quo uirtus moralis comparatur alias passionibus ratione moderatas. comparatur et tristitia. Secundò, mouebantur ex hoc, quod tristitia est de præsentia malo, timor autem de malo futuro: sicut delectatio de bono præsentia, desiderium uerò de bono futuro. Potest autem hoc ad uirtutem pertinere, quod aliquis bono habito fruatur, uel non habitu habere desideret, uel quod est malum futurum cauet: sed quod malo præsentia animus hominis substernatur, quod fit per tristitiam, omnino uidetur contrarium rationi, unde cum uirtute esse non potest. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Est enim aliquod malum quod potest esse uirtuoso præsens, ut * dictum est, quod quidem malum rō detestatur. unde appetitus sensituius in hoc sequitur detestationem rōnis, quod de hōi malo tristatur, moderate tamen secundum rationis iudicium. hoc autem pertinet ad uirtutem, ut appetitus sensituius rationi cōformetur, ut * dictum est. unde ad uirtutem pertinet, quod tristetur moderate in quibus tristandum est, sicut et Philosophus dicit in 2. * Ethic. & hoc etiam utile est ad fugiendum mala. Sicut enim bona propter delectationem promptius queruntur, ita mala propter tristitiam fortius fugiuntur. Sic igitur dicendum est, quod tristitia de his quæ conueniunt uirtuti, non potest simul esse cum uirtute: quia uirtus in propriis delectatur, sed de his quæ quocūque modo repugnant uirtuti, uirtus moderate tristatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa authorita-

te habetur, quod de sapientia sapiens non tristatur, tristatur tamen de his quæ sunt impedimenta sapientiæ. & ideo in beatis, in quibus nullum impedimentum sapientiæ esse potest, tristitia locum non habet.

AD SECUNDVM Dicendum, quod tristitia impedit operationem de qua tristamur, sed adiuuat ad ea promptius exequenda, per quæ tristitia fugitur.

AD TERTIVM Dicendum, quod tristitia immoderata est animæ ægritudo, tristitia autem moderata ad bonam habitudinem animæ pertinet secundum statum præsentis uitæ.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnis uirtus moralis sit circa passiones.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod omnis uirtus moralis sit circa passiones. Dicit enim Philosophus in 2. * Ethic. quod circa uoluptates & tristitias est moralis uirtus: sed delectatio & tristitia sūt passiones, ut supra dictum est, ergo omnis uirtus moralis est circa passiones.

¶ 2 Præ. Rationale per participationem est subiectum moralium uirtutum, ut dicitur in 1. * Ethic. sed hōi pars animæ est in qua sunt passiones, ut supra dictum est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones.

¶ 3 Præ. In omni uirtute morali est inuenire aliquam passionem, aut ergo omnes sunt circa passiones. aut nulla, sed aliqua sunt circa passiones, ut fortitudo & temperantia, ut dicitur in 3. * Ethic. ergo omnes uirtutes morales sunt circa passiones.

SED CONTRA est quod iustitia quæ est uirtus moralis, non est circa passiones, ut dicitur in 5. * Ethic.

RESPON. Dicendum, quod uirtus moralis perficit appetituum partem animæ ordinando ipsam in bonum rationis. Est autem rationis bonum id quod est secundum rationem moderatum, seu ordinatum: unde circa omne id quod contingit ratione ordinari & moderari, contingit esse uirtutem moralem. rō autem ordinat non solum passiones appetitus sensitui, sed et ordinat operationes appetitus intellectui, quod est uoluntas, quod non est subiectum passionis: ut supra dictum est. & ideo non omnis uirtus moralis est circa passiones, sed quædam circa passiones, quædam circa operationes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis uirtus moralis est circa delectationes & tristitias, sicut circa propria materia, sed sicut circa aliquid consequens proprium actum. Omnis enim uirtuosus delectatur in actu uirtutis, & tristatur in contrario. unde * Phil. post præmissa uerba subdit, quod si uirtutes sūt circa actus & passiones, omni actui passioni & omni actui sequitur delectatio & tristitia, pro hoc uirtus erit circa delectationes & tristitias. sicut circa aliquid consequens.

AD II. dicendum, quod rationale per participationem non solum est appetitus sensituius, quod est subiectum passionum, sed et uoluntas in qua non sunt passiones, ut * dictum est.

AD III. dicendum, quod in quibusdam uirtutibus sunt passiones sicut propria materia, in quibusdam autem non. unde non est eadem ratio de omnibus, ut infra ostendetur.

ARTICVLVS V.

Utrum aliqua uirtus moralis possit esse absque passione.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod uirtus moralis possit esse absque passione. Quanto enim uirtus moralis est perfectior, tanto magis superat passiones. ergo in suo perfectissimo esse est omnino absque passionibus.

Prima Secunda S. Thomæ. Q. 92. Præ.

Inf. q. 60. ar. 4. cor. li. 2. Ethic. c. 2. 10. 5. q. 31. ar. 1. & q. 35. ar. 1. c. ul. 10. 5. q. 29. ar. 3.

c. 6. & 19. te. 5.

ex priorib. 4. capitulis elicitur.

q. 23. ar. 3.

li. 2. e. h. c. 3. non longe a prin. te. 5.

D. 1199. in corp. ar.

q. 80. ar. 3. Inf. q. 60. ar.

2. corp.

Peripate Aug. di. es simu. idem di. undum. tingue. uolitat. cibilem. ebant in. manis. situat. anime. untas. it. 10. 5. nant. unque. libera. esse non. uirtuoso. pellant. ro aliq. bilibus. int. ita. ontraha. s ratio. e con. Dei; ab. utur in. tuoso. ur, ut. quicun. e in uir. ai. un. uicidam. am; & eberent. sunt ut. exem. ris logi. m, sed. fuit o. passioni. * Ethic. litates. d mitis. astio. & oēs. Tulu. es secun. es. uenies. conse. is: si ue. at ad e. vt. præced. rt. t. huius. ueit. ap. 6. & 7. om. 5. d. uir. es enim. en. 8. So. tia, pu. us non. ergo nec. 2. Præ.